



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CIX. Die Markgrafen von Brandenburg, Johann und Otto, bestätigen das  
Kloster Marienstern in der Oberlausitz, am 17. März 1264.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**CIX.** Die Markgrafen von Brandenburg, Johann und Otto, bestätigen das Kloster Marienstern in der Oberlausitz, am 17. März 1264.

Nos Johannes et Otto, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus salutem in perpetuum. Quoniam iuris aequitas hoc requirit, ut quo pre ceteris hominibus in forte terrenae Substantiae videmus amplius accepisse a Domino Creatore, de ipsis rebus a Deo nobis collatis studeamus et famulantibus impertiri, Quamvis (quatenus?) nos, qui cura temporalium a via divini obsequii frequentius impedimur, devotorum hominum precibus ac meritis Deum propitium habeamus. Hinc est, quod preces attendentes honorabilium Virorum Witigonis, Burchardi et Bernhardi fratrum, dictorum de Camenz, novellam plantationem coenobii eorum, quod Stella S. Mariae dicitur, ordinis Cisterciensium, Misnensis diocesis, sub nostram suscepimus protectionem, Et omnia eiusdem Ecclesiae bona, habita pariter et habenda, ut ab omni incurfione semper tuta maneant et illaesa. Uniuerfas autem possessiones, quas dicti viri a Nobis feudali iure possederunt et nunc pro salute animarum suarum et in remedium animarum progenitorum suorum, de nostro et haeredum nostrorum consensu et favore, eidem Claustro devotione debita obtulerunt, sanctimonialibus ibidem Deo seruiantibus, cum proprietate, que ad nos pertinere dignoscitur libero conferimus animo et donamus. Volumus etiam, ut secundum petitionem ipsorum tum (trium?) Fratrum, omnia bona, quae ad nostram donationem (dominationem?) pertinent, nec non simul uniuersae possessiones, quas dictum coenobium habet, vel habebit in posterum, ab omni advocatia et exactione, atque cuiuslibet seruitutis onere, et ab omni iudicio alieno imperturbata permanent perpetuo et illaesa. Omne vero Iudicium de quacunque causa parua sive magna, ubicunque accidit in villis vel in molendinis seu alias in bonis saepe dictae Ecclesiae, ad nullum omnino pertinebit; sed claustrum solummodo auctoritatem habebit de iis omnibus iudicare. Nomina autem possessionum dicti coenobii sunt haec: Ipsa Area, ubi Claustrum constructum est, cum duobus molendinis adiacentibus, etiam hortum et pratium cum piscationibus et pascuis et allodio adiacenti cum omnibus suis attinentiis, et unica Villa in monte Sanctae Kunigundis, et allodium in prato cum attinentiis suis. Iterum (Item in?) eadem villa, quod (que?) pratium dicitur, redditus quatuor Marcarum et sex solidorum. Item iuxta eandem villam in molendino septem solidi. Item de Mansionario Claustri versus orientem dimidiam villam. Item Sylua iuxta claustrum cum attinentiis. Item villa Jehowo cum suis attinentiis. Item villa Reinhardtsdorff, de molendino quatuor solidi. Item in Civitate Camenz parochia cum omnibus attinentiis; Item in eadem Civitate quatuor macella etc. Ista, quae nominata sunt, saepe dicti tres fratres a Nobis in feudo habuerunt. Sed haec, quae subsequuntur, ipsorum propria fuit haereditas, videlicet Wittiginowe cum suis attinentiis, Döringshausen villa dimidia et totius eiusdem villae decima, iuxta Wittiginowe nova villa dimidia. Item Cottynes villa dimidia, et totius eiusdem villae decimae. Item Radewiz villa dimidia, item Croftiz (al. Croftwiz) villa dimidia et ipsius villae (decima?) cum attinentiis suis, item Kokowe villa dimidia, item Schafftiz villa dimidia. Quae vero nunc subsequuntur, supra memoratum Coenobium sua pecunia a Dominis praedictis compara-



vit iure proprietatis liberrime possidendo. Datum Kopenik, Anno Domini MCCLXIV. XVI. Calendas Aprilis, praesentibus Domino Wilhelmo Lubucensi Episcopo, fratre Annone Magistro Generali Teutonicorum, fratre Hermanno Priore de Sthruzberg, Burggravio de Querenuorde Burchardo videlicet, Walthero de Barboye, Bodone de Turgoue, Ludolpho de Efebeck, Ulrico de Cruge, et aliis quam pluribus. Et ut nostra donatio inviolabiliter perseveret, dicto Coenobio praesentes nostras Literas Sigillorum nostrorum munimine roboratas, in evidens testimonium et robur validum duximus erogandas. Datum per Manus Johannis Notarii, die Gertrudis Virginis.

Nach Carpzow, Oberlausitzisch. Ehrentempel I, S. 330. 331. und Hoffmann Script. rer. Lusat. IV, 172. 173 mit Correctur der augenscheinlichsten Fehler. — Die Namen der Zeugen haben für den vorstehenden Abdruck fast errathen werden müssen, wobei jedoch eine genaue Bekanntschaft mit den damals am markgräflichen Hofe vorkommenden Personen als Hilferin diente. Um indeß dies fast zu dreiste Verfahren einigermaßen wieder gut zu machen, fügen wir hier das Zeugenverzeichnis nochmals, genau so, wie es bei Hoffmann lautet, hinzu:

Datum Kopeniae (Guben) Anno domini 1264. XVI. Cal. Aprilis Praesentibus Domino Wilhelmo Lubecensi Episcopo, fratre Annone Magistro generali Teutonicorum, fratre Hermanno Priore de Schuzberg, Burggravio de Quernutze, Burchardo Utz, Walthero de Burbaga, Bodone de Turgone, Ludolpho de Efebeck, Ulrico de cruce.

**CX.** Markgraf Otto von Brandenburg schenkt dem Hospitale zu Görlitz acht Hufen bei der Burg daselbst, am 12. April 1264.

— Otto, Marchio Brandenburgensis, — Hospitali sancti spiritus contulimus proprietatis titulo perpetuo possidendos octo mansos ad urbem sitos, quos Conradus filius Domini Peregrini a nobis in feudo tenuit. — Dat. Gorlicii, Anno MCCLXIII, in vigilia Palmarum, notario Johanne.

Extract einer verlorenen Urkunde nach Mart. Meisteri Annal. Gorlicenses in Hoffmann's Ser. rer. Luf. I, II, 7.

**CXI.** Graf Sifrid von Blankenburg bezeugt, daß die Abtissin Gertrud von Quedlingburg vor Fürsten und Edlen, namentlich vor den Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg und Walther von Arnstein, ihren Widersachern gebührende Genugthuung geleistet habe, (wahrscheinlich in der Mitte vom April des Jahres 1264.

Nos Sifridus, dei gratia Comes de Blankenboreh, omnibus hoc scriptum intuentibus notum esse uolumus, quod Venerabilis Domina Quedelingeburgensis ecclesie Abbatissa, loco ecclesie predictae, incendiariis, qui hanc ecclesiam molestarunt et adhuc infestare proponunt, coram Principibus et Nobilibus, videlicet Domino Archiepiscopo Magdeburgensi, Halberstadeni Episcopo, Hildesemeni Episcopo, Marchionibus Johanne et Ottone Brandeburgensibus, necnon Duce de Brunfwic, Domino Ot-